

Reinhard

Ligellii

Principia

in Tab. red.

1751



242. Vol. Nr 382 16.

D. IO. GOTTLIBII SIGELII
INCLVTAE ACADEMIAE
LIPSIENSIS IVRECONSVLTI CELEBERRIMI

PRINCIPIA
IVRIS FEVDALIS

PROPTER
INSIGNEM METHODVM
ET
EXIMIAM VTILITATEM
IN TABVLAS REDACTA

A.
MICH. HENR. GE. REINHARDO.



LIPSIAE,
EX OFFICINA JACOBÆRIANA
MDCCLI.

22.

D. IO. GOTTLIBI SIGELLI
LIPSIENSIS FACULTATIS THEOLOGICAE

PRINCIPIA
IVARIS FEVDALIS

THEOPHIL
INSIGNEM METHODVM
EXIMIAM VITAM
IN TABVLAS REDACTA

MICH. HEINRICH HARDO



55.

LIPSIENSIS
EX OFFICINA JACOBÆIANA
MDCCLII



LECTORIBUS
PERILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO
DOMINO
CAROLO GVSTAVO
DE MANDELSLOH,

TOPARCHAE IN ECKSTETT ETC.

SERENISS. DVCIS SAXON. VINARIENS. AB
INTIMIS CONSILIIIS, COLLEGII TVTELARIS, ITEMQVE
AERAR. PROVINC. ET ORDIN. PROVINCIALIVM
DIRECTORI,

MAECENATI OPTIMO,

HASCE
IVRIS FEVDALIS
TABVLAS
QVA DECET PIETATE DEDICAT
ET CONSECRAT

M. H. G. REINHARDVS.

LECTORI BENEVOLO

PERILLVSTRI ATOVE EXCELLENTISSIMO

S. P. D.

AVCTORI.



*H*istoriam Iuris Feudalis enarrarunt STRV-
VIVS, BVDERVS, et KÖPPIVS. In col-
ligendis eiusdem thesauris desudarunt LVNI-
GIVS et IENICHENIVS. Post IO. SCHILTERVM, cu-
ius institutiones Iuris Feudalis GEBAVERVS et BVRIVS
obseruationibus illustrarunt, de feudali iure compendiis et
animaduerfionibus explicando praeclare sunt promeriti uter-
que STRVVIVS, pater et filius, SAM. STRYCKIVS,
CASP. HENR. HORNIVS, GOTTL. GERH. TITIVS,
CHRIST. GOTTL. BVDERVS, HENR. BROKES, I. G.
SIGELIVS, IO. AVG. HELLFELDIVS, alii. Compen-
dium SIGELIANVM vero, quoniam ob mirificam metho-
dum mihi placuit, in tabulas, memoriae adiuuandae causa,
priuato studio redegi. Quas vt serena fronte excipias,
magnopere rogo. Scripsi in academia Ienensi A. R. G.

MDCCLI. ad diem XVI. Septembris.

Pro-



B. C. D.

Proleg. de Iure Feudali.



Definitio.

Ius Feudale est norma superioris, secundum quam
ciues ei subditi tum circa feuda ipsa, tum circa
negotia eo pertinentia, actiones suas debent in-
stituere.

Divisio. Ius Feudale diuiditur in

1. *Vniuersale*; quod iterum est
vel *constitutum*,
vel *receptum*, e. g. Ius feudale *Longobardicum*.
2. *Particulare*; quod non minus est
vel *constitutum* in certis prouinciis.
vel *receptum*, e. g. Ius feudale *Saxonicum*, et *Ale-*
mannicum.

C A P. I.

De definitione et diuisione feudi.

Feudum, olim *beneficium* *) dictum, est quasi *feodum*.
(Vox Germanica *FE* *stipendium*, et *OD* *fundum* significat.)

A 3

*) Vid. *Iac. Frid. Reimanni* historia vocabulorum linguae Latinae p. 96. ubi
vox *feudi*, vel *phaedi*, inquit, saeculo XI. in usu esse coepit: et quas ad-
huc dicta sunt *beneficia*, *feuda* sunt adpellata.

estque res, pro praestanda fidelitate, loco salarii in dominium vile concessa.

Feudum est

1. vel *proprium*; vel *improprium*; e. g. feudum in pecunia.
2. vel *antiquum*, seu a maioribus acquisitum vel *nouum* seu per inuestituram demum acquisitum, in quod collaterales non succedunt.
3. vel *masculinum*; vel *foemineum*, in quo, deficientibus masculis, etiam foeminae succedunt.
4. vel *saeculare*; vel *ecclesiasticum*, cum quo feudum parochiale et jus patronatus non debent *) confundi.
5. vel *nobile*; quod subdividitur
 - a.) in *regale*, quod iterum subdividitur
 - a. in *immediatum*, qualia sunt territoria Statuum Imperii.
 - b. in *mediatum*.
 - β) et in *non-regale*; quod est vel *Schrifftsafficum*, vel *Ammtsafficum*.
6. vel *ignobile*.
7. vel *ex pacto et providentia*, vel *haereditarium*.
8. vel *Ligium*, vel *Non-Ligium*.
9. vel *actu possessum*, vel *expectatum*.
9. vel *in curte*, vel *extra curtem* **).

IO.

*) Vid. Iusti Hemming. Boeberi dissert. de feudis ecclesiasticis. Ceterum feudorum originem atque causam indicarunt Schilleris in Jur. Publ. p. 42. sq. et Schaumburgias in Adnot. ad G. A. Struuii Iurispr. R. G. Forens. p. 329. sq.

**) Hodie, neglecto sensu Longobardico, feuda *in curte* dicuntur, quae in domini directi territorio sita sunt; *extra curtem*, quae sunt extra territorium domini directi. Vid. Io. Wilb. de Goebel, Icti Helmstadiensis, dissert. de feudis *extra curtem*. Ex mente celeb. Henrici Brokes in doct. Jur. Feud. p. 19. *Curis denotat curiam*, inde feudum *in curte* est, quod

10. vel *oblatum*, vel *datum*, vel *acquisitum*; quod acquisitum iterum est.

11. vel *entritium*, vel *entum*.

12. vel *francum*, vel *non-francum*.

13. vel *indefinitum*; vel *definitum* seu *conditionatum*, qualia sunt feuda

a) quaternata,

β) Burgensia,

γ) Guardiae,

δ) Gastaldiae,

ε) Aperturae,

ζ) Aduocatiac, Stagii, Burgemagistri.

η) Palatinum,

θ) Laudemiale,

ι) Censuale.

14. vel *iuratum*; vel *iniuratum*.

15. vel *perpetuum*; vel *temporarium*, qualia sunt feuda pignoratitia, fiduciaria seu reddibilia, tutelaria, retrouenditionis, iurisdictionis.

16. vel *non-transitorium*, quale est *feudum de Camera, de Cauena, habitationis*, et in Sueuia das *Schupff-Lehn*; vel *transitorium*, quale est *feudum Soldatae*.

A Feudo differunt

1. *allodia*; a quibus tamen differunt *feuda solaria* *).
- 2) et *proprietates* **).

CAP.

est in loco, in quo Dominus curiam habet. Celeb. Aug. Chr. Rehsfeldt in pecul. dissertat. haec feuda nominat *Lehn in und auffer dem Lehn-Hof*. Celeberr. Sam. Stryckius autumat, feudum extra curtem esse extra territorium nempe sensu Germanico. Ego certe vidi; in donatione *Ottonis III.* eccles. Magdeb. an. 992. facta nominari *donationem de duabus curtibus*, nempe territorii Calbae et Rosenburgi.

*) Vid. *Abasu, Fritschii* et ill. *Eb. Hartmanni ab Erffa*, peculiar. commentat. de feudis solaribus, et *Gottl. Gerb. Titii* Teusches Lehn-Recht p. 68. sq.

***) Vid. *B. G. Strunii* elem. Jur. Feudal. a celeb. *I. A. Hellfeldio* edit. p. 13. sq.

CAP. VI. III.

De Contractu Feudali.

In contractu feudali, quem Dominus et vassallus constituunt, consideranda sunt

1. *essentialia*; quae sunt domini utilitatis translatio; et *fidelitas*, quae triplex est, nempe *officialis*, *subiectio- nis*, et *vassallitica*.
2. *naturalia*; ad quae referuntur obligatio vassalli tum ad seruitia tum ad iuramentum fidelitatis, feudi perpetuitas, alienationis denegatio, descendentium successio, cum inuestiturae renouatione.
3. *accidentalibus*, seu qualitates feudo adiectae, quibus eius natura vel augetur vel minuitur.
4. eius differentia
 - a. ab *Emphyteusi*.
 - β. a iure *superficie*.
 - γ. a *Precaria*, vulgo *Precarum* dicta.

C A P. III.

*De personis contractum feudalem inire
valentibus.*

α) Infeudant in primis

1. Imperator Sacratissimus.
2. Status Imperii, Serenissimi et Celsissimi.

β) Feuda acquirere possunt

1. etiam aetate minores.
2. filii familias.
3. foeminae, clerici, imperfecti.

2. Vpi-

4. Vniuersitates et Collegia.
 5. ignobiles.
 γ) Excluduntur haeretici, excommunicati, banno Imperii notati, fugiati, relegati.

C A P. IV.

*De rebus ad contractum feudalem
trahendis.*

- α) In feudum dantur
 1. res immobiles et mobiles.
 2. res concedentis propriae.
 3. res communes, publicae et vniuersitatis.
 4. iurisdictio et venatio.
 β) Ad fructus syluae tamen ius venandi non semper pertinet.

C A P. V.

De Inuestitura feudali.

Inuestitura est actus, quo dominium utile Vasallo, fidelitatem promittenti, a Domino directo confertur.

Haec est vel *abusua*, quae meris verbis fieri potest, vel *propria*; quae

1. a Vasallo petitur.
2. a Domino, die indicto, conceditur.
3. iuramentum fidelitatis insequitur; quod etiam per *procuratorem* potest praestari.
4. minoribus vsque ad maiorenem aetatem differtur.
5. praesentibus *Paribus Curiae* peragitur.
6. testimonio iudicii feudalis et litteris inuestiturae confirmatur.

B

Cete-

Caeterum *praescriptione feudali*, quae vel ex allodio facit feudum vel constitutum feudum in alium transfert, tum Dominus tum Vasallus feudum acquirere potest. De qua copiose exponunt *D. Titius* lib. cit. cap. 12. p. m. 224. fqq. et *D. Struuius* lib. cit. cap. 8. p. m. 194. fqq. item *D. Brokes* l. c. p. m. 60. fqq. cap. 12.

C A P. VI.

De Simultanea Inuestitura et Exspectatiua.

Simultanea inuestitura fit pluribus, qui condominium feudi vtile accipiunt, ita tamen, vt facultas fructus feudi percipiendi vni aut quibusdam tantum competat, et reliqui, condominio saltem contenti, ius vtilitates feudi percipiendi demum casu aperturae existente nanciscantur.

1. in numero simultanee inuestiendorum definiendo et Domini et Vasalli arbitrium valet.
2. conuentiones, quibus simul inuestiendi consensum suum declarant, dicuntur *litterae reuersales*; quae diuiduntur in *a. iudiciales*
β. et extraiudiciales.
3. sine simul inuestiti vel inuestitorum consensu Vasallus de feudo non potest disponere irreuocabiliter.
4. inuestitura simultanea non statim tribuit possessionem, neque domicilium.
5. eadem amittitur, si contingente mutatione renouatio inuestiturae rite expetita haud fuerit.

A simultanea inuestitura differt *Exspectatiua*, qua Dominus solus de feudo alteri relinquendo ea lege dat fidem, si feu-

feudum vel morte vel culpa possessoris ad ipsum redierit *).
Haec

1. fieri potest de feudo certo et incerto: estque irrevocabilis.
2. producit expectatiua donato non quidem ius reale, sed tamen personale; qui etiam postea propria auctoritate possessionem adprehendere nequit.
3. etiam ad haeredes expectatiua donati transit.

CAP. VII.

De iure Domini in feudo.

Domino competit ius

1. supremæ iurisdictionis.
2. poscendi a Vasallo seruitia, quae sunt
 - a. vel militaria, (pro quibus saepe solvuntur *hostenditiae* die *Heer-Steuer*) quae iterum sunt
 - a. l. *indeterminata*.
 - b. l. *determinata*.
 - β. vel *pagana*, quae manu militari non praestantur.

Veruntamen

1. Vasallus non obligatus est ad auxilium Domino excommunicato praestandum.
2. Dominus ius suum invito Vasallo nequit alienare, licet ei liceat eidem renuntiare.

B 2

CAP.

*) Ab *Expectatiua nuda* decem et septem modis differre *Inuestituram euentualem*, in locupletissima dissertatione *de inuestiturae simultaneae euentualis non desiderata renouatione, eiusque impuni omissione*, demonsttraui an. 1741. Ictus Goettingensis, Georg. Ludouicus Boehmerus.

C A P. VIII.

De iure Vasalli in feudo.

Vasallus, siue *Feudatorius*, qui
vel *immediatus* est,
vel *mediatus*

1. habet dominium vile, saepe cum quadam iurisdictione patrimoniali, quae vel *alta* est vel *bassa*, interdum vtraque simul. Vid. celeb. *D. Engauius* in *Iur. Germ.* p. 623. sq.
2. habet facultatem exercendi actus a detrimento feudi alienos.
3. habet ius
 - a. de feudo transigendi.
 - b. subfeudum constituendi, ita tamen, vt subinfeudatio non aliam admittat conditionem, quam prima feudi constitutio: vtque Sub-Vasallus fidem et seruitia praestet Domino immediato.
 - γ. totam rem feudalem ad vsum meliorem aptandi.
 - δ. fruendi incrementis rei feudalis, siue natura siue industria humana accedant.
 - ε. poscendi fidem a Domino.
 - ζ. feudum refutandi.

C A P. IX.

De feudi alienatione et renouatione.

1. Vasallo non licet feudum alienare, neque dotem in eo constituere.
2. Feu-

2. Feudum illicite alienatum, post Vasalli eiusque Descendentium obitum, potest reuocari ab Agnatis, (inter quos proximior praefertur remotiori) nisi
- a. et Dominus, qui tamen ad consentiendum cogi nequit,
 - β. et Agnati vel simul Inuestiti, qui pariter cogi nequeunt,
- consensum suum praebuerint; quippe quorum consensus stricti iuris est.

NB. Consensus Tutoris vel Curatoris ius reuocandi non tollit.

3. Possunt liberi aequae ac agnati statim reuocare restituto pretio ex iure protimiseos vel retractus, intra annum communem exercendo, qui annus a die scientiae computandus est.
4. Hoc ipsum ius protimiseos cessat, si feudum ad alium transferatur vel permutatione, vel donatione, vel subinfeudatione.

C A P. X.

De hypotheca feudali et debitis feudilibus.

1. Feudum sine consensu Domini, et Agnatorum vel simultaneae inuestitorum, nequit oppignorari valide: quippe qui ne cogi quidem possunt ad consensum, Hic consensus
- a. a debitore impetrari debet.
 - β. et strictae est interpretationis.
2. Hypotheca feudalis
- a. sine Domini consensu nequit cedi alteri.
 - β. tacita locum habet, qua gaudent
 - a. vxores ob dotem illatam.
 - b. filiae dotem ex feudo petentes.

- c. pupilli et minores, quibus *tutores* vel *curatores* a Domino sunt constituti.
- d. item ecclesiae, scholae, etc.
- e. dotatio, legitime constituto, gaudentes.

3. *Debita feudalia* nituntur

- 4. vel *versione in feudum*, e. g.
 - a. aes alienum in utilitatem feudi a Vasallo contractum
 - b. dos ab vxore Vasallo illata.
 - c. residuum pretii, quo ipsum feudum emptum est.
 - d. collectae extraordinariae in casu extremae necessitatis impositae.
 - e. debitum a patre vel fratre, nomine dotis filiae vel sorori praestitae, contractum.
- β. vel *fauore causae*. e. g.
 - a. alimenta personis successionis haud capaces praestanda.
 - b. alimentatio, dotatio, *legitima* filiabus vel parentibus exhibenda.

C A P. XI.

De dispositione testamentaria circa feudum.

In testamento

- i. *non potest Vasallus*
 - a. disponere de feudo, ne quidem ad piam causam: nisi Dominus consentiat.
 - β. testari de feudo franco, censuali, emptio, oblato, nouo.
 - γ. feudo seruitutem imponere, pignus vel debitum feudale constituere.

δ. feu-

3. feudum alienare.
 4. disponere de feudo, sine agnatorum et simultanee inuestitorum consensu; quorum tamen tacitus consensus sufficit.
 2. *potest Vasallus* sine consensu Domini.
 a. testari inter liberos.
 β. filium exhaereditare.
 γ. de iure pignoris disponere. NB. Secus agendum in Saxonia Elect.
 δ. de fructibus feudi testari, itemque de feudi meliorationibus.
 ε. disponere de pretio ex venditione feudi redacto.
 Dummodo testamentum Vasalli secundum formam in iure communi praescriptam condatur.

C A P. XII.

*De legitima Descendentium in feudo
successione.*

1. Vasallo defuncto
 a. *succedunt in feudo*
 a. descendentes masculi; at non aequè adoptiui et illegitimi: neque ex matrimonio ad morganaticam nati.
 b. legitimati per subsequens matrimonium.
 c. minores sub tutela feudali *).
 β. *foeminae in feudum non succedunt*, nisi
 a. in feudo foemineo, scilicet in linea admissa.
 b. in feudo absolute haereditario.
 c. in feudo franco, censitico, et conditionato.
 d. ex consuetudine privilegiata.

Vicif-

*) De tutela feudali disserit celeb. D. Henr. Brokes l. c. cap. 8. p. 38. sqq.

Vicissim a feudo oblato, emto, alienabili, ecclesiastico, arcentur foeminae.

2. Vafallo defuncto

a) non succedunt masculi mente capti, furiosi, muti, coeci, furdi, etc.

β) descendentes succedant iuxta ordinem successione in iure ciuili praescriptum.

γ) diuifio quoque feudi locum habet; aqua tamen excipiuntur *feuda regalia*; in quibus obtinet

a. tum *ius primogeniturae*: nisi gemelli nascantur; ita vt *apanagium* constituatur secundogenitis.

b. tum *ius Maioratus*. Vid. D. Io. Schilteri Ius Publ. p. 314. sq.

C A P. XIII.

De successione in feudo Adscendentium, Collateralium et simultanee Inuestitorum.

1. *Adscendentes* in feudum non succedunt, nisi

a. feudum sit antiquum.

β. in feudo nouo speciale pactum accesserit.

γ. feudum nouum iure antiqui feudi fuerit concessum.

δ. Domini liberalitas feudum dederit et patri et filio.

e. filius ob merita patris nactus sit feudum.

2. *Collaterales* ita succedunt:

a. ad collaterales primi acquirentis feudum non deuoluitur nisi

a. pacto speciali illis prospectum sit.

b. communi pecunia, Domino conscio, emtum sit,

c. iure

- c. iure feudi antiqui concessum fit.
 d. duobus fratribus a Domino donatum fit.
- β. in capita succedunt
 a. fratres defuncti.
 b. plurium fratrum liberi.
- γ. iuxta proximitatem in perpetuum succedunt; in qua
successio linealis respicitur.
3. Inter simultanee inuestitos *successio linealis* locum obtinet;
 veruntamen
 a. iidem saepe aequaliter succedunt.
 β. inter eosdem ius repraesentationis quoque lo-
 cum habet, certis tamen limitibus circum-
 scriptum.
4. *Successionem Domini in feuda* impediunt *paeta confrater-
 nitatis*, si consensus Domini accesserit.

C A P. XIV.

De renouatione inuestiturae.

- I. Renouatio inuestiturae causam habet
1. in *mutato Domino*; cuius mutatio contingit
 a. morte.
 β. alienatione domini directi.
 γ. diuisione domini directi.
 2. in *mutato Vasallo*; cuius mutatio fit
 a. morte: etiam obitu Pro-Vasalli.
 β. alienatione; licet ad agnatum feudum transfe-
 ratur.

C

II.

II. Renouatio petenda est

1. circa quodlibet feudum: etiam praescriptione acquisitum.
2. a pluribus possessoribus omnibus.
3. a simultanee inuestitis.
4. in curia Domini immediati, et proximi.
5. ab omnibus haeredibus coniunctim, post obitum Domini.
6. intra annum et diem.

C A P. XV.

De modis, quibus feudum amittitur.

Feudum amittitur

1. morte Vasalli tum naturali tum ciuili.
2. praescriptione.
3. rei feudalis interitu, aut eiusdem deterioratione.
4. lapsu temporis speciatim expressi.
5. extinctione iuris illius, qui feudum concessit.
6. susceptione *clericatus*.
7. *felonia*; quae committitur
 - a. *directe*,
 - a. occisione vel vulneratione Domini.
 - b. iniuria verbali.
 - c. amicitia cum Domini hostibus contracta.
 - d. accusatione Domini insontis.
 - e. spontaneo contra Dominum testimonio.
 - f. manifestatione *Credentiae*.
 - g. dolosa rei feudalis inficiatione.
 - h. contumacia, et denegatione seruitiorum.
 - i. desertione Domini in acie.

β. in-

β. *indirecte,*

- a. concubitatione; quam etiam *cucurbitationem* vocant.
- b. illicita feudi alienatione.
- c. parricidio.
- d. proditione Con-Vasalli.
- e. crimine laesae Maiestatis.

NB. Feloniam Dominus remittere potest.

C A P. X V I.

De Actionibus feudalis.

Actiones feudales competunt

ratione *feudi promissi*; ex cuius promissione oritur *actio personalis*.

2. ratione *feudi constituti*; vbi

a. *Domino* competit actio realis, et interdictum retinendae vel recuperandae possessionis.

β, *Vasallo* competit

- a. actio personalis contra Dominum.
- b. utilis rei vindicatio.
- c. et aliorum remediorum vsus.

3. *rationi feudi finiti*; quod finitur

- a. feloniam, vbi Dominus personaliter agit.
- β. morte, vbi Dominus agit realiter.

CAP.




*De Iudicio Feudali.*I. *Causa feudalis*


1. *aut tangit Vasallos: tunc Dominus et Pares curiae iudicare solent.*
2. *aut tangit Dominum et Vasallos: tunc soli Pares curiae iudicis partes sustinent.*

II. *Processus feudalis, in quo etiam prouocationis beneficium locum habet, peculiaris non est: neque exsecutio in processu ab alia differt. Conf. D. Burc. Gotth. Struuii lib. cit. cap. XIX. et D. Brokesii lib. cit. cap. 20. p. 94. sqq.*

S. D. G.







24. V. 18382 16.

D. IO. GOTTLIBII SIGELII
INCLVTAE ACADEMIAE
LIPSIENSIS IVRECONSVLTI CELEBERRIMI

PRINCIPIA
IVRIS FEVDALIS

PROPTER
INSIGNEM METHODVM
ET
EXIMIAM VTILITATEM
IN TABVLAS REDACTA

MICH. HENR. GE. REINHARDO.



KL 383

LIPSIAE,
EX OFFICINA JACOBÆRIANA
MDCCL.

22.